



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Canonica Iudæ Apostoli habet Caput vnicum. Monet in ea Iudas Apostolus omnes vt de sua salute solliciti sint: inducit altercationem Michaelis cum Sathana: detestatur quoque hæreticorum vitam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

EPITO. EX EPI. IOA. II.

Videte vosmetiplos ne perdatis quæ operati estis, sed
vt mercedem plenam accipiatis. Multi seductores ex
ierunt qui non credunt Iesum Christum venisse in car-
ne. Si quis hanc doctrinam non affert, nolite recipere
eum in domam, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit eï
aue, communicat operibus eius malignis.

¶ Canonica Ioannis tertia habet Ca-
put vnicum. Extollit in ea Gaium pi-
etaris causa, quam exercebat in pere-
grinos: atq; in ipsa pietate permaneat
exhortatur.

¶ Cap. vnicum



Harissime orationem facio prospere te in-
gredi & valere, sicut prospere agit anima
tua. Maiorem horum gratiam non ha-
beo, quam vt audiam filios meos in veri-
tate ambulare. Is qui amat primatum ge-
rere in fratribus non recipit nos, &c. Cha-
rissime noli imitari malum, sed quod bonum est semper.
Qui benefacit ex deo est. Pax tibi. Salutant te amici.
Saluta amicos & minatum. &c.

¶ Canonica Iudæ Apostoli habet Ca-
put vnicum. Monet in ea Iudas A-
postolus omnes vt de sua salute solici-
ti sint: inducit altercationem Micha-
elis cum Sathana: detestatur quoque
hæreticorum vitam.

¶ Cap. vnicum.



Iesus populum saluans de terra Aegypti,
 secundo eos qui non crediderunt perdi-
 dit. Angelos qui non seruauerunt suum
 principatum, sed dereliquerunt suum do-
 micilium, in iudicium magni dei, vincu-
 lis æternis sub caligine reseruauit (scili-
 cet Iesus) ¶ Hic innuitur vnitas personalis dei & homi-
 nis in Christo ¶ Cum Michael archangelus cum diabo-
 lo disputans altercaretur de Moyssi corpore, non est au-
 sus iudicium inferre blasphemæ, sed dixit. Imperat
 tibi dominus. Væ illis qui via Cain abierunt, & erro-
 re Balaam mercede effusi sunt, & contradictione Cho-
 re perierunt. Hi sunt in epulis suis conutuantes, sine ti-
 more, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ a ven-
 tis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosas
 bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes
 suas confusiones, sydes a errantia, quibus procella tene-
 brarum conseruata est in æternum. Prophetauit autè
 de his septimus ab Adam Enoch dicens. Ecce venit do-
 minus in sanctis milibus suis, facere iudicium & argue-
 re omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum;
 & de omnibus duris quæ loquuti sunt contra dñm pec-
 catores impij. Hi sunt murmuratores querulosi, secun-
 dum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur sup-
 biam, mirantes personas quæstus causa. Hi sunt qui se-
 gregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.
 Saperædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei
 in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione dei
 seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu
 Christi in vitam æternam. Misere mini alijs in timo-
 re, odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam.
 Et autem qui potens est vos conseruare sine peccato, &
 constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos,
 in aduentu Iesu Chri, soli deo per Iesum Christum dñm
 nostrum, gloria, magnificentia, imperium & potestas
 ante omnia sæcula, & nunc & in omnia sæcula sæculor-
 um, Amen.